Biblioteca estense universitaria
Largo S. Agostino 337
I-41121 Modena MO
Tel ++39 + 59 222248
Fax ++39 +59 230195
b-este@beniculturali.it

bibliotecaestense.beniculturali.it

gamma.n.8.1.32

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <BOLOGNA>

Diploma di laurea di Aurelio Masini da Cesena

Ms., Bologna 1626

Img: BEU, 2014

Terms of use
Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.
In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.
For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to b-este.urp@beniculturali.it.
Creative Commons License
This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License
http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en

596

CODICI E MSS. CAMPORI

1938

1.

GIUSEPPE CAMPORI

APP e

596

IN DEI NOMINE AMEN

ANTonius Campegius Nobilis, & Senator Bononiensis, Miles, et Eques Auratus Dutiae Dominus, Sacri Palatij Apoſtolici, Auleq; Lateranenſis, et Imperialis Conciſtorij Comes Palatinus Apoſtolicus, et Imperialis, Vnusq; ex Filijs Legitimis, ac Naturalibus, ac de Legitimo Matrimonio natus olim Illuſtriſſimi D. Comitis Annibalis dudum Illuſtrissimi D. Comitis Antonij

Mariæ de Campegijs Nobilium pariter et dum uiuerent Senatorum Bononiensium, et eius-
dem Palatij Apostolici, Aulæq Lateranensis, et Imperialis Concistorij predictorũ Comitum
Palatinorum Apostolicorum, et Imperialium. Vniversis et singulis presentes
Nostras lras, siue presens publicum in forma Priuilegij Documentum Inspectu-
ris, pariterq et lecturis pacem, Gaudium et salutem in Domino sempiternam.
Apostolicæ sedis plenitudo, Imperialisq Maiestatis celsitudo consueuerunt
illos duntaxat ad publicam et eminentem Cathedram, supremiq Iuris Vtriusque
Doctoratus splendidissimam dignitatem sublimare, erigere et extollere, quos
longo exercitio, labore, studio, et industria, supremisq vigilijs, et omni deniq conatu,
ac nexu spretis, relictisq Mundi huius delitijs se se Doctrinæ penitus dantes ip-
sam pene Doctrinam Pontificij, et Cæsarei Iuris scientiam adeptos maximis lau-
dibus, et uerissimis testimonijs commendatos reperierunt probatissimos eos per
concurrentem virtutum copiam, meritorumq excellentiam singularib. Priui-
legijs, laudibus, et Honoribus, ac Dignitatum culmine id quod omnium vero
prestantissima virtus expostulat meritissime preferentes, quos largifluos
actus ipsa Apostolica sedes, Imperialisq Maiestas per alios committunt
exerceri prout inter caeteros Laurentio Campegio Cardinali, Tho-
mæ Episcopo Feltrensi, nec non et suprad. Antonio Mariæ Campegio, et eorũ
fratribus, et filijs, ac Descendentibus in infinitum fuit Delegatum per olim
Inuictissimum Principem, et Dnum D. Maximilianum Romanorum Impe-
ratorem semper Augustum, ac deinde per fel: rec: S.mũ D. Nrũm Leonẽ
Papam X. confirmatum, et approbatum prout latius, et diffusius ap-
paret per lecturam Litterarum Apostolicarum et Imperialiũ in Ar-
chiuio Publico Ciuitatis Bononiæ collocatarum, et illarũ transumptũ
cum eisdem lris originalibus fideliter collationatum, et auscultatum
ad effectum similium infra impressum à tergo presentis positum, et
assignatum.

Cum itaq Tu Per Ill. & admodũ R. D. Aurelius filius q. Ill.mi D. Cæ-
saris de Masinis Nobilis, et Sacerdos Cæsenas, qui scientia preclarus,
Moribus Modestus, Ingenio acutus, et omni Doctrina praeditus cum florẽte
ætate

celeberrimis in studijs, publicisq Gymnasijs exercitatus assiduis uigilijs Iuri
Pontificio, et Cæsareo sollicitam, et curiosam operam impiger incubuisti, atq
nauasti, actusq scholasticos publice et priuatim gessisti Coram Nobis fue-
ris presentatus per admodum Ill.em et Excellentem D. Franciscum Flaminium
Curricellam Vtriusq Iuris Doctorem Forosemproniensem Vrbis nostræ
Gubernatorem, et per Ill. et admodum R. D. Bernardinum Saleriam
I. V. D. Ecclesiæ Parochialis S.ti Laurentij in Porsirano extra Vrbiam
Rectorem, examinandus et approbandus in Iure Canonico et Ciuili, et
adhuc Te subieceris rigoroso examini priuato eorundẽ DD. Doctorum
in quo quidem examine Puncto Tibi hodierna die assignato nimirum
in Canonico cap. cum pontio 12. q. p.o In Ciuili uero l. Si mulier ff. sol.
matrimonio uero ordine recitando adeo docte, et bene te gessisti, ac
ita et taliter habuisti quod fueris ab eisdem DD. Doctoribus Idoneus
atq sufficiens, et habilis tentus et reputatus, et sic ab ipsis in dd.
Iuribus Canonico et Ciuili Vnanimiter, laudabiliter Pariq Voto, ac Ne-
mine penitus penitus discrepante Iure et benemerito approbatus,
moxq fueris per dd. DD. Promotores Nobis presentatus propter
Doctoratus gradum in ipsis Iuribus Canonico et Ciuili assumen-
dum.

Nos igitur Antonius Campegius Comes Palatinus Apostolicus et
Imperialis antedictus Consideratis Doctrina Moribus, et virtutibus, quibus
Te illarum largitor Altissimus illustrauit prout in dd. Examinib.
mirifice demonstrasti, premissa nihilominus Fidei Professione iuxta
formã Bullæ olim S.mi D. Pij Papæ IV. per te paulo ante in capella Arcis nræ
coram dd. DD. Doctoribus, et Testibus, ac Notario Cancellario nostro infra-
scriptis emissa ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, Sanctæq. Sedis
Apostolicæ, et Maiestatis Imperialis. Receptoq prius à Te p.d. Ill.mo et admod.
R. D. Aurelio Masinio in manibus nostris tacto pectore more Sacer-
dotali Iuramento debitæ fidelitatis erga Sacrosanctam Matrem Eccle-
siam, Sacrum Imperium, Nos, Domumq, et Prosapiam nostram

CODICI MSS. CAMPORI

Campegiam Auctoritate nra Apostolica et Imperiali, ac qua fungimur
in hac parte omniq. meliori modo quo possumus et debemus cum consilio
et assensu dd. DD. Doctorum ibidem presentium, ac in eo super premissis
et infrascriptis etiam sub eorum conscientiae onere attestantium, Te admodum
Ill.mum et admodum R. D. Aurelium Masinium, ne ut asseritur Plebis
presentatum humiliter petentem dicimus, Pronunciamus Doctorem
in Iure Canonico, et Civili constituimus facimus, atq. creamus, Dan-
tes atq. Concedentes Tibi tanquam Habili, Sufficienti, et Idoneo plenis-
simam ac liberam et omnimodam potestatem facultatem de caetero et
in futurum in dd. facultatibus Iuris Canonici et Civilis legendi glosandi
docendi interpretandi, advocandi iudicandi consulendi et magistralem Ca-
thedram ascendendi caeterosq. omnes et singulos actus Doctoreos publice
et privatim exercendi ubique terrarum, et locorum
Et ut tu Ill.mus et adm. R.dus D. Aurelius possessionem huiusmodi Doctoratus
ab omnibus in posterum noscaris adeptus Insignia Ipsius Doctoratus Ti-
bi admodum R. D. Aurelio Masinio presenti et coram Nobis genuflexo
Instanti, Petenti acceptantiq. conferimus et assignamus ut infra
Itam p.o Libros Iuris Canonici et Civilis clausos mox et apertos tibi in ma-
nibus prebuimus
2.o Biretum loco Diadematis aureae Doctoralis capiti tuo Imposuimus
3.o Sceptrum aureo anulo Iuris Canonici et Civilis scientiarum nomine
desponsavimus Tibi pacis osculum cum benedictione feliciter exhi-
bendo, ut Tu Ill.mus et R.dus D. Aurelius Doctor Novellus sic dictus
et insignitus feliciter coroneris in Patria gloriam qui Primus, et unus
regnat Deus per infinita seculorum secula Gloriosus. In quorum
fidem Testimonium presentes nras literas, sive pris publicum in
forma Privilegii Documentum per Notarium, et Cancellarium nostrum
infrascriptum fieri, et subscribi Sigilliq. nostri soliti, et quo in
similibus

similibus utimur, iussimus appensione muniri. Datum et Actum in Arce
Dutiae Diocesis Imolae, sed Dominii Illustrissimorum DD. Comitum de
Campegiis Nobilissimorum Bononiensium in saletta Nova superiori d.ae
Arcis. Presentibus ibidem Ill.re D. Cosmo q. D. Lucii de Macinijs Romano
d. Ill.mi D. Comitis Antonii Secretario, D. Antonio q. D. Constantii de
Alberglettis Bononiense eiusdem Ill.mi D. Comitis Camerario, et D. Capitaneo
Dionysio q. alterius D. Dionysii de Bernardis de Dutia Arcis predictae Castel-
lano omnibus Testibus ad pta omnia adhibitis et qui dixerunt sub Anno a
Nativitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto Ind.ne
Nona, Tempore Pontificatus S.mi in Xpo Patris, et D. N. D. Urbani divina
providentia Papae Octavi, die vero decima septima mensis septembris.

Et ego Mattheus q.m D. Joannis de Lennis publ. Apostolica et Im-
periali auctoritate notarius Dutiensis suprascriptis omnibus et singulis una cum
prenominatis testibus interfui, illaq. rogatus de mandato dd. Ill.mi D. Comitis
Antonii publice scripsi, atq. in hanc publicam et autenticam formam
aliena manu, mihi tamen fida, me aliis impedito negotiis re-
degi feci, In quorum omnium fidem robur et hic me subscripsi
signumque solitum meum apposui etc.

CODICI E MSS. CAMPORI

cc. 4

C.C. 4